



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 16. Cuiusmodi fuit primi hominis creatio?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30256**

LOCORVM COMMVNIVM  
Sexto autem die, terras ornatu-  
mentis, reptilibus, & bestijs de ea for-  
matis.

Animalia tamen noxia & venena-  
ta, creata fuerunt innoxia: sed homi-  
ne peccante, facta sunt noxia, vt per  
ea peccata puniantur, & bonorum  
probetur patientia.

Ea vero, quę ex putrefactione nas-  
cuntur, tunc producta non fuerunt,  
nisi materialiter.

Nouissimè vero factus est homo,  
tanq̃ omnium dominator animalium.

*Apoc. 4.* Die autem septimo Deus quieuisse  
dicitur, & opus suū compleſſe, quod  
ultra nouam creaturam non condi-  
dit: quę, scilicet, materialiter vel in  
suo simili non præfuerit: res tamen  
productas sanctificauit & benedixit.

*3. Reg. 8.* Itaque die sexto compleuit opus  
*Exod. 10.* suum operando: septimo autem ip-  
sum opus sanctificando. Vnde dies il-  
le, mystica quadam ratione, dicitur  
sanctificatus.

## Caput 16.

Cuiusmodi fuit primi hominis  
creatio?

Quod

L  
V  
Q  
frans, ...  
trem ad f  
non auto  
creatos  
angeloru  
cum Deo  
Neq; h  
vnius per  
Vnde fals  
runt, per  
debere, &  
Neq; a  
cunt per  
& per si  
ctum.  
Est erg  
tis imag  
scilicet, a  
quo ad su  
innocent  
(Dicitu  
tris, non  
tus, sed n  
nullo dif  
Dei, & ad  
non æqu  
longè dif  
ratione.

LIBER II.

**Q**uod scriptura narrat Deum dixisse: faciamus hominē ad imaginē & similitudinem nostram, intelligendum est, locutum patrem ad filium & spiritum sanctum, non autem ad spiritus quoscunque creatos Nam aliorum spirituum vt angelorum, non est eadem imago cum Deo.

*Gene. 1.  
Aug. lib.  
7. de Tri.  
1. Cor. 11.*

Nec homo factus est ad imaginē vnius personæ, sed totius trinitatis. Vnde falsum est, quod quidam dixerunt, per imaginem filium intelligi debere, & non hominem.

*Aug. lib.  
11. ca. 21.  
de Trini.*

Nec approbandum, quod alij dicunt per imaginem intelligi filium, & per similitudinem spiritum sanctum.

Est ergo homo factus ad trinitatis imaginem secundum naturam, scilicet, animā, & ad similitudinem, quo ad superaddita, vt sunt virtus & innocentia.

Dicitur autem filius imago patris, non ad imaginem: quia non creatus, sed natus æqualis est patri, & in nullo dissimilis. Homo vero imago Dei, & ad imaginem dei dicitur, quia non æqualis est creatus: & per hoc longè distans à filio Dei in imaginis ratione.

Caput